

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

Explicit omelia. IX.

Incipit Omelia. X. in qua interpretatur tertium capitulū: a principio vsq; ad illā partē. Et veni ad transmigratiōē.]

Ident quidā scripta als scripturā sacri eloquij legētes: cū sublimiores eius sentētiās pernetrāt: minora mādata que in firmioribus data sunt: tumēri sensu despicere: et ea velle in aliū intellectū permutare. Qui si recte in eo alta intelligent: mādata quoq; minima despectui nō haberēt. Quia diuisa precepta sic in quibusdam locū magnis: vt tamē in quibusdam cōgruant paruulis qui per incrementa intelligētie quasi quibusdam passibus mentis crescāt: atq; ad maiora intelligentia perueniāt. Unde nūc sancto prophete dicitur.

Fili hominis quodcūq; inueneris comede.]

Quicquid em̄ in sacra scriptura inuenitur credendū est: quia et eius parua simplicē componūt vitā: et eius magna subtile edificāt intelligentiā. Sequit̄.

A Comede volumē istud et vade loquere ad filios israhel. Et aperui os meū: et cibauit me volumine illo.]

Scriptura sacra cibus et potus est. Unde etiā per prophetā alium dominus ministrat. Mittā famem in terrā non famē panis neq; sitim aque: sed audiēdi verbū domini. Amos. 8. Qui ergo subtracto suo eloquio fame ac siti nos dicit atteri: quia eius verba et cibus noster et potus sint demonstrat. Sed notandū qđ aliquādo cibus: aliquādo potus sunt. In rebus em̄ obscurioribus que intelligi nequeūt: nisi exponant: scriptura sacra cibus est: quia quicquid exponit vt intelligat: quasi mādit vt glutiat. In rebus vero apertiorib⁹

potus est. Potū enim nō mandendo glutimus. Apertiora ergo mādata bibimus quia etiā non exposita intelligere valem⁹. Pro eo autē quod multa ezechiel ppheta obscura atq; perplexa auditurus erat: nequaquā ei de sacro volumine dicit bibe: sed comede: ac si diceret: Pertracta et intellige: id est plus māde et tunc degluti. Sed in verbis sacri eloquij iste debet studij nostri ordo seruari: vt hec ideo cognoscam⁹ quatenus de iniquitate nostra cōpuncti: cognoscētes mala que fecim⁹: vitētemus: ne alia faciamus. Et cū tam ex magno vsu lachrymarū de peccatorū remissione ceperit esse fiducia: per verba dei que intelligimus: ad vitā quoq; et alios trahamus. Ad hoc em̄ intelligēda sūt: vt et nobis p̄sint: et intentiōe spiritali alijs cōferant. Unde bene nūc dicit: Comede volumē istud et vade loquere ad filios israhel. Ac si ei de sacro cibo diceret: Comede et pasce: saturare et eructa: accipe et sparge: cōfortare et labora. Et notandū qđ ppheta subiūgit dices: Et aperui os meū: et cibauit me volumine illo. Os in corde esse alius ppheta testat dicens: Labia dolosa in corde: et corde locuti sūt mala. ps. 12. Os ergo aperimus: quādo sensum ad intelligentiā sacri verbi preparamus. Itaq; ad vocē dñi propheta os aperit: quia ad spiramentū domici p̄cepti cordis nostri desideria inhiant: vt de cibo vite aliquid sumāt. Sed tamen hoc ipm sumere nostrarū viriū non est: nisi ipse cibauerit qđ vt comedit iussit. Ille etem̄ cibatur qui per se edere nō potest: et quia ad capiēda verba celestia ydonea nostra infirmitas non est: ipse nos cibatur qui nobis in tempe mēsurā tritici temperat: quaten⁹ in sacro verbo dñi hodie intelligim⁹: quod hesternodie nesciebam⁹: cras quoq; cōprehendimus: qđ hodie nescimus: per diuine dispensatiōis gratiā: quotidiano alimento nutriamur. Omnipotēs em̄ deus quasi totiens ad os cordis nostri manū porrigit: quotiēs nobis intellectū aperit: et cibū sacri eloquij in nostris sensibus mittit. Et